

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry Avdomari, 1660

n. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

Historiæ Prouinciæ Anglicanæ.

\$626.

quacunque de caula, sit monetæ æstimatio; exsingulari enim pacto, scientes volentes, hunc contractum motu proprio conficere nobis placuit lominus tamen Nobis & successoribus nostris Bauariæ ducibus potestatem reluendi expresse & diserte releruamus, ve quandocunque ita visum suerit possimus summam ducentorum millium slorenorum vel præsenti pecunia data persoluere & representare; vel fundos, & prædia ex quibus tantundem capiet Collegium nostrum coëmere, atque hoc pacto annua pensione Nos, & Cameram nostram liberare: Tum autem eodem modo & æstimatione soluemus vi ante expressimus; nempe; storenum pro quindecim Batzijs, & dalerum Imperialem pro floreno & medio, aliofque nummos ea proportione quam habent ad dalerum Imperialem. Ne inopinata autem ista solutio damno sit Patribus, integro ante anno monebitur Collegij nostri Rector, vt de pecunia vtiliter expendenda prospicere possit. Collegium quidem commodam habitationem & hortum habet, sed pretium adhuc magna ex parte debet ; quare summam ducentorum millium florenorum ita diuifimus, vt pro domo & horto quadraginta millia, pro cætera fundatione seu alimentis centum sexaginta millia soluere censeamur, ata que co modo Nos& Coniux nostra, ex integro Collegij fundatores & exstru: ctores fimus & habeamur.

Hæc animo in Societatem plane paterno, & hæreditaria bes neuolentia, memores cam Maioribus admirabiliter dilectam, defensam, auctam, præstabimus; Nos & posteros nostros ad ea quoque præstanda his literis obligamus. Abipsa tamen Societate nihil singulare, nihil noui, nisi illud ad quod ex instituto suo obligatur, reposcimus, nec lege vlla, aut extraordinario eam onere grauare nobis in animo est, cum nobis persualum sit omnes secundum Instituti sui rationem à tot Pontificibus & Cocilio Tridentino probati, & toto orbe Christiano abunde spectati & laudati, ita in sapientiæstudijs, virtutibus, pietate exemploque bono omnibus latis facturos, vt ad Del gloriam proximiq; falutem Sancta fua libertate zeloque plura præftituri fint quam si Nosaliqua in re modum normamq; prescribere velimus: Hocsolu petimus, quod & Nos iure flagitare possumus, & ad quod Patres vi constitutionum & legum obligantur, vt nos & coniugem nostram pro fundatoribus fuis agnolcant, pijs luis precibus & Sanctis Sacrificijs diumæ gratiæ & protectioni impense commendet, deinde domum nostram Patriamque, quam ad hane tam difficili tempore fundationem obligamus, amore & orationibus suis perpetuo prosequantur. Quin etiam omnes, presertim posteros, in nomine, & per Iesu Christi sanguinem rogamus, vt sicut Nos, proqui nostri Wilhelmi, Aui Alberti, Patris Wilhelmi, Serenissimorum Bauariæ Ducum solicitudine, affectu & liberalitatem in tuenda & propaganda Societate initamur, & hanc benefaciendi hæreditatem cupidissimè amplectimur, ita illi quoque Maiorum, Sancti Ignaty, ac alioru Sanctorum & Doctorum virorum veltigijs gnauiter, & constanter insistant, memores ideo nullas in hac fundaSocietatis Iefu, Liber Nonus.

421

tione Nos conditiones ponere, quod experiamur Patres Collegiorum quæin 1626. nostris Prouincijs sunt multo plura quam postulantur præstare, nec operas fuas legibus fundatorum continere, sed vltra pacta conuenta zelum laboresque extendere. Requirit etiam perpetuæfundationis natura vt firma sit & stabilis; & Noscam pro nostra & Coniugis nostræ salute perpetuam esse volumus; qua propter obligata est Societas, vti Nos etiam obligamus, ne lummam ducentorum millium, vel totam, vel partem alienet, nec in alia vlla Collegia diuidat, led potius, si opportune fieri porest, prudenti economia, & Religiosa administratione augeat. Quod si aliquando Deus, sidei dator & remunerator, propitio vultu Britannia regnum alpexerit, (quod de immensaelus milericordia confidimus) Regelque ac Magistratus Catholicos dederit atque ad eum statum reduxerit, vt libertas veræ Religionis cocedatur, & Collegia Societatistuto & secure in illo Regno esse possint, ac tum Patres Anglicani, approbante R. P. Generali judicarint ad maiotem Dei gloriam fore & animarum falutem vt Collegium nostrum Leodiense in Britanniam transeratur, id quoque concedimus, cum puro affectu, coram Deo nostro, sine personarum aut locorum respectu hanc fundationé pro eius gloria, & Britanniæ salute seccrimus, & ibi effe cupiamus vbi maior diuini nominis gloria, & animarum fru-Etus speratur: Ea tamen lege vt Fundatoris ius, & nomen Nobis & Coniugi nostræ perpetuum maneat, nec per occasionem translationis de summa ducentorum millium florenorum minuatur : Quin & illud monemus, Nos & Successores nostros, etiam translato Collegio, non aliò tamen censum annuum, quam Francofurtum millurosi

Denique ad nostros posteros & Successores quod attinet, eos rogamus, hortamur, & summa fide, obtestatione, auctoritate, coram Dei Tribunali obligamus vt omnia & fingula fundationis nostræ capita inuiolata seruent, noftram donationem, institutionem, assignationem, fundationem, non modo in omnibus eius pattibus ratam babeant, sed omni animi promptitudine adiumento sint, vt suo tempore & loco pecunia assignata ac data per ministros fuos transmittantur: atq; in hac re iterum corum coram diuino tribunali conscientiam appellamus, eosquesumma & fidehumana, & Religione diuina cbfiringimus atque obligamus vt huius nostræ voluntatis executores spontanei & constantes esle velint; vt etiam hoc officio diuinam liberalitatem & gratiam in le patriamque prouocent: quod certissimè fore confidimus, si rem divino nomini confectatam oblatamque à Nobis, ipsi eâdem animi sinceritate ae deuotione reddant; nec minus prompti fint quod in Exteros & longe positos beneficium nostrum sit collatum: Nos enim coram Deo æterno, in conspectu Angelorum & Sanctorum eius protestamur Nos hancfundationem ad eius gloriam, & fidei conservatione & propagationem secisse, lummeq; miseriæ Ecclesiarum Britanicarum &inopiæ Patrum Societaris succurrisse, nec existimasse vllum Christisanguine redemptum, & Christo insitum velut mebrum eius, caritati nostræ censeri debere externum. Tanto autem gratiorem

Ggg 3

hanc

Historiæ Pouinciæ Anglicanæ.

4

1626. hanc oblationem fore speramus, quo ab omni proprij commodi specie puriorest. Nec exiguum Bauaria emolumentum aut familia decus existimare oportet, Collegium feruorum Dei, Collegium quod Seminarium est Confessorum & martyrum, nostro sumptu sustentari, atque hac communione de corum Nos meritis orationibulque participare, & velut contellerari: fienim qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem prophetæ accipiet,& qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet, & si veriras ipla dicit, quilquis enim potum vobis dederit calicem aquæ frigidæ in nomme meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem su im, quomodo non magna merces, magna benedictio de cœlo in nos redundabit, si tot Christi Discipulos, imo Confessores & Martyres, de nostro reficiamus. Non minus vtilitatis ex hac fundatione nostris Prouincijs accessurum, Deo, qui beneficio vinci non potest, compensante, quam exalijs Maiorum nostrorum Collegijs speramus, Atq, ea fuit etiam Majorum nostrorum Serenissimorum Ducum Bauaria lententia, qui in longinquas regiones, distitosque populos largas eleemolynas læpenumero milerunt. Quæ nos ideo referimus non quod vllum ex nostris posteris & successoribus fore suspicari postimus qui hanc nostram assignationem, donationem, fundationem sit improbaturus, sed vt omnibus confilij nostri ratio constet. Deus Nos, cum Coniuge nostra, posteris & successoribus, totaque familia & Patria carissima tueatur & prosperet, & in vera Othodoxa fide, pietate, ciuilíque gubernatione felices efficiat, ac tandem ærerna Beatitudine remuneretur. Amen. nium & fingulorum fidem certam, & indubitatam, literis hisce manu propria subscripsimus, & nostro sigillo ealdem communiuimus; Terna etiam exemplaria cildem verbis describi curauimus, quorum vnum in Nostro ArchiuioMonacenfi, alterum Romæ in Archivio Societatis, tertium in nostro Collegio Leodiensi custodiatur. Anno salutis millesimo sexcentesimo vigesimo lexto, die octava mensis Septembris. Maximilianus.

XXI. Quo in diplomate cum fincerus in Deum eiusque Sanctam Ecclesiam amor elucear, tum non minor in eundem apparet nobilissimi elementissimique ducis siducia, quandoquidem neque grauissimis bellis inuoluto conciderit, neque militibus minantibus desectionem aut rebellionem nissi stipendia soluerentur (vt notat Buslidius) atque vnå tantum Bauariærelictå particulå (cæteris ex haustis ab hoste & ab amico) nullisoluerentur census, nulla debita; hyberna, stipendia spolia ad fundum omnia exhaurirent; (vt refertAdamus Contzen) perpetuam tamen huius Collegij curam souerit; quam & ipseliteris suis testatus est ad Rectorem scribens in hæc verba. "Necessitas Collegij nostri per R. V. explicata nobis cordi suit; varias enim rationes mittendæ per collybum pecuniæ vidimus; verum quia illæ partim operosæ, partim sumptuosæ sunt paulisper existimauimus expectandum donec Augusta ad obedientiam Cælaris redeat, & per eam minori dispendio possit Collegio summa quam decernimus, nimirum quinque millium storenorum, re-

prefentaria

Societatis Ielu, Liber Nonus.

prælentari; quod breui futuru speramus. Interim solito sauore & gratia Colle- 1627. gium prolequemur, & quantu permittent temporum difficultates & in præ-Iens & in futurum à nobis factam fundatione tuebimur. Sacrificijs & orationibus omnium hec singulariter comendamus.) Ne verò quispiam actum aliquid arbitretur importunius in hoc toto negotio, habentur Mutij Generalis literæ ad Odoenum Shelleyum, quærnoderatione testantur his verbis. "Plurimum etiam me recreauit, quod Monachio ad me scriptum est, R. V. & si quis alsus præterea illuc scripterit, valde modeste, & verecunde explicuisse Collegij istius constitutionem, neque à tam magnifico & liberali Principe quidquam aut nimis cupideaut nimis minute postulasse, sed omnia illius arbitrio permilisse; qua ratione quantum ab illo inpetratum sit, cum R. V. iam abunde procul dubio resciuerit, non opus est vt id ego enucleatius explicem.)Quam liberalitatem quanta cum temporalis cuiuslibet retributionis neglectione exercuerit nobilissimus hic Princeps altera demonstrauit occasio. Patres Angli in Congregatione Prouinciali aggregati lecto publice Diplomate censuerunt Serenissimo Ducitanto benefactori per communes literas habendasesse gratias, rogaruntque Mutium Generalem veluas etiam dignaretur adiungere:

Ad has sic Maximilianus respondit.

"Gratiarum actio quam à Patribus Provinciæ Anglicanæ Superiori anno in Congregatione conceptam, & luo & iplorum nomine P.V. ad Nos misst neque necessaria, neque sane à Nobis expectata suit. Etenim vtriq; per literas iamdudum apurni luigratitudine affectumque, in Societate Nobis ante cognitum, abunde declararunt; Nos verò in illo beneficio Societari præstando ita Religionis augmentum, Deique gloriam pro scopo vnico præfixam habuimus, vt præter orationes, sacrificia, aliaque ad salutem animarum, Ecclesiæ tutelam & incolumitatem spectantia nullam omnino compensationem expetierimus; atque ob eam caulam iterari gratiarum actionem necesse non erat, Quia tamen litera tam P. V. quam Congregatorum Patrum non vibano officio funguntur, sed exanimo profecta, de nostra salute sinceram curam votaque ac preces pollicentur, ex ea parte nobis gratissima fuerunt, mirificeque animum nostrum multis negotijs, & perseuerantis mole belli pressum exhilararunt; præcipuè cum ex eildem constet etiam in læuiente per Britanniam persecutione, fidelium numerum divino adiutorio indies augeri. Congregationi quidem Anglicanz, cum iam desierir, respondere non posfumus : Optamus tamen illis Patribus pro opportunitate significari literas eorum Nobis redditas esse, nec illorum studio & laboribus desuturos; atque interea P. V. omniumque precibus & facrificijs Nos & domum nostram quam maxime commendamus.)

Ne vero perpetuograuaretur ærarium pendendis Collegio profolu-XXII. decem millibus florenorum Rhenensium, autex difficultate Cambij dam- curanda num lequeretur, in mentem venerat Serenissimo Duci ad st ibiliendam fun-Hypothedationem agros dare in dominio suo Mindelheimensi, aliaque que annuum cam.

Ggg 4

Tradie